PHILIPPVS

Dei gratia Rex Castellæ, Legionis, Aragonum, utriusq; Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Navarræ, nec non Indiarum Cath. Archiduxe Austriæ, Dux Mediolani, Burgundiæ, et Brabantiæ, Comes Habspurg, Flandriæ et Tirolis &c. Regnantibus et notum fatimus tenore præsentium universis. Supplicatum nobis fuisse exparte fidelium nobis dilectorum hominum Oppidi MELITI in Statu nro. Mediolanensis existentis, ut illi concederemus quod in dicto Oppido in die cuiuslibet hebdomadæ forum, sive mercatum, ingere et celebrare possint propter maximam vilitatem, quæ sibi, aliisq; circumvicinis excedere poterit eximiri, quorum gratiis attentis, Habitisq; super prænotatis informatione a nris. Magistratibus ordinario, et extraordinario predicti nri. Status, a nobis eiusdem Gubernatore cum Consilio secreto eorum petitioni, et votorum subditorum commodo consulere volentes, inde benigne annuere dignati sumus. Tenore igitur presentium ex certa scientia, Regia et Ducali auctoritate nra. deliberati, et consilio, ac ex gratia speciali, motuq; dicti nri. Supremi Consilij accedente deliberatione supradicti hominibus Oppidi Meliti facultatem damus, concedimus, et impertimur vt in ipso Oppido Meliti vno cuiuslibet hebdomadæ sibi aptiori die, qui saltem intra duos menses a die presentis privilegij computandos ab illis designandus est dummodo non sit die festo, in que fiant similia mercatia, in loco Medoctiæ, et Melignani, dictum forum, siue mercatum in singulis annis ingere, et celebrare quoties eis placuerit contradictione, modo nro. siue præiudicium Regio, et Ducali nro. Fisco, neq; dictis feudatariis, nec alicui alij particulari, et quod solvantur gabellæ, et datia solita, et consueta, secundum dictorum datiorum exactione ordinibus datiarijs, et quibusvis alijs in similibus mercatis seruari solita, Mandantes propterea Ill. Gubernatori nro. presenti, et futuris, Presidi, et Senatui, Presidibus, et Magistratibus Regiæ nro. generali, cæterisq; officialibus, et subditis nros. Mediolanensis Dominij, ad quos spectat, et spectabit, vt has nras. concessionis litteras modis, formis, et conditionibus supranarratis observent, et exequantur, observariq; et exequi faciant perquancq; non obstantibus quibusvis, in contrarium facientibus, aut aliam formam dantibus. Harum testimonio litterarum manu nra. subscriptarum, et sigilli nri. appositione munitarum. Datti Olissiponi sexta die Mensis July Anno a Nativitate Dni. Millesimo sexcentesimo decimo nono?

Yo el Rey

Admandatum Regiæ &
Catholicæ Maiestatis proprium
Ludovicus Ortiz de Matienco

P. Offmi de Benedetis

Registratum in Cancellaria Supremi Consilij Mediolani in fol. 222.
Francisci Alfij Regiæ Ducalis Cancellarij

Il Marchese Fiorenza R.
Giacomo de Sanctis

Hasi V.M. mrd. ala Communidad di Meliti in el Estado de Milan que pueda tener mercado un dia dela semana el que quisiere como no sea en fuerza, pagando la dacia acostumbrada.

Consultado